



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Successor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

SUCCESSOR.

PRIMO, successor, an teneatur stare colono, vide in *versio. alienatio*, §. 3. *concl.* 13. *Et in ver. Praeatus*, §. 4. & *Dyn. in cap. is qui*, num. 5. & ibi addit. in *litera C. de reg. jur. lib. 6.*

Secundò, an si succedat exceptioni excommunicationis, vel sit successio natus cedentis, vide *Dyn. loco citato*, num. 14. & ibi addit. *litera R.*

Tertio, successor in beneficio an teneat mala fides praedecessoris, & quid de haerede universali, vel particulari? vide *Dyn. & addit. in cap. 2. de reg. jur. lib. 6. Et in ver. praescriptio*, §. 3.

Quartò, quæ differentia sit inter decessorem, praedecessorem, & antecessorem, dic, quòd decessor dicitur, qui proximè decessit; praedecessor, qui decessit ante proximum; antecessor, quid decessit multo tempore prius, vide *Gemin. in cap. quia ex eo, vers. quare qua differentia, de pact. lib. 6.* & deservit pro practica, quando Papa, vel jus loquitur hujusmodi.

SEM IN A R I U M.

S U M M A R I U M.

1. Ubi debeat constitui, seu fundari,
2. Qui recipi debeant, & quot.
3. Qui eius curam habere debeant.
4. Quid edoceri debeant scholares ibi commorantes.
5. Quibus introitus vivere debeant, & qui contribuere teneantur ad impensas dicti Seminarii.

6. An scholares possint promoveri in ordinibus sacris ad titulum Seminaris.

AD primum, sac. Concil. *sess. 23. cap. 11. in princ. de reform.* statuit, primò hujusmodi Seminarium erigi in qualibet Metropolitana, & Cathedrali, & Ecclesiis his majoribus, secundò, in amplis Diocesibus unum vel plura, prout opportunum Episcopo videbitur. Tertio, ubi adè laborat paupertas, possent Suffraganei convenire, ut in Metropolitana, vel provinciae commodiori loco, unum, vel plura collegia erigantur. Quartò, negligentes in erectione illius, possunt cogi, prout ibi, §. *quod si*, quia multæ sunt Cathedrali, circa hoc negligentes, se excusantes ob paupertatem, & nolunt obedire huic decreto, ut conveniant cum Metropolitana saltem, sed ad hoc possunt compelli à dicto Metropolitanano, prout ibi, §. *quod si Cathedralium*, & saltem si hoc non possent, debeant constituere magistrum scholæ, qui Grammaticam doceret, cum salario ex symbolis totius diocesis, prout à simili sac. Conc. disponit *sess. 5. cap. 1. §. Ecclesia verò, & §. ideoquè de reform.*

Ad secundam. Primò, præcipuè pauperum filii, nec divites excludantur, modò suo sumptu alantur, sint bonæ indolis, ad minus habeant duodecim annos, sint nati ex legitimo matrimonio, sciant ad minus legere, & scribere, & promittant se perpetuò ecclesiasticis ministeriis inservituros, *ibidem*, §. *pauperum*. & hoc sub fidejussione secura, & pœna in casu contrarii, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus, Beneventi, Surrenti, Complæ. Facit quod eleganter dicit Gl.

H h h in cap.